

JK.
124,
17.

Π i
178

De Josia rege Judææ

X1662123

Q. F. F. Q. J. E. D!

Ad

persolvendum

CLARIS

OTTONIBUS

MNYMOCYNON,

per

CHRISTIANUM GODOFREDUM OTTONEM,

Hormersdorff. Mifn.

Musis nostris valedicentem,

d. 18. Novemb. An. M.D.C.C, h. 9. matut.

SPECTATISSIMOS NOBILISSIMOSq;

DNOS INSPECTORES,

PATRONOS FAUTORESq;

rei literariæ omnes,

qua par est Veneratione & Modestia

invitat,

M. Godofredus Schulzius, R.

Stanno Stœffeliano,





J. J.!


Depotentium & Clarorum nomina illustri per orbem laude gratiam splendoremq; assequi, ut non terras solum, sed & maria grata sui recordatione adimpleant, tam in propatulo est, ut, si quis inficias ire audeat, Solis videatur obscurare velle claritatem. Non ibo per historias, quum infiniti laboris & immensi spatii sit opus, omnes exhaurire sapientum fontes, & quoscunq; docti aperuere, delibare rivulos. Ad unum si intendero digitum, omnes me numeros implevisse arbitror. Quis enim ex sapientum ordine & clarorum copia nominis excellentiori claruit praconio *Josia*? Unius *παναρεστη* rem per se manifestam testimonio confirmo. *Μημόσνον Ιωσιθ εις συνθεσιν θυμιάματι, εσκευασμενον ερωμυρεψθ, εν παντι σωματι ως μελι γλυκανθησεται, και ως μουσικα εν συμποσιω ονθ.* Quem ex Clarorum factis claro commendandum nomine proponit, *Josias* est, *Juda* Rex, Rege Ammone fatus, tantae virtutis, ut impietatis odor parem sibi, a *Davidis* ex hoc orbe discessu, pietate non habuerit. Licet nolim percensendis ejus invigilare laudibus; praeter mittere tamen non possum, quin moneam, tam eximium famae decus sibi peperisse, ut exemplo possit esse omnibus ad clavum imperij sedentibus. Quid enim dignius est iis, qui praesunt, quam ad frugem reducere pervicaces ac maleficos, & suis regere cives virtutibus? Quid excellentius quam DEI sedes & officinas purgare, cultum instaurare collapsum, superstitionis & impiae doctrinae errores abolere, veritatis contra laevis spargere semina, sinceram religionis studio? Quid praeclearius, quam cultu non simulato, non mutilo & manco, sed integro & infucato T. O. M. venerari? Quid insignius quam excubare semper pro felicitate publica, & tueri commoda, quae ad singulos aequae pertinent? Dum vero his studiis famam non illustravit modo, sed nominis etiam immortalitatem consecutus est *Josias*, cur non aere perennius erigatur ipsi monumentum? Si Magnus ille *Macedo*, cum in *Sigaeo* ad *Achillis* adstitisset tumulum, dixisse fertur: O fortunate adolescens, qui tuae virtutis praconem *Homerum* inveneris! Quidni & ego *Josiae* plaudam, fortunatumq; illum praedicem, qui amplissimarum virtutum suarum *Siracidem* nactus sit praconem. Nam licet & alios ex meritorum gloria laudibus evexerit magni Nominis viros; in hoc tamen *Josia* ornando tantum industriae & solertiae posuit, ut acuminibus suis verè insignibus distingvatur praconium. Primas tenet, quando Regis in DEI populo optimi piissimiq; sufficienti nobilis aut odoris Arabici amoenitatem jucundissimam exhalantis speciem praese ferre dicit nomen. Quid dulcius, quid amoenius posset exprimi? Qui odoribus afflantur gratis, eadem dulcedine reficiuntur, ut vel pane exanimati vitam animamq; recipere confestim videantur. Neque diversa famae ab illis est ratio, quum sic se insinuet in animos pectorisq; recessus abditissimos, ut Sapientissimus Regum *Salomo* extra omnem controversiam aeam verè affirmavit, voluptate quadam tacita influere in ossa, in quorum medullis existat grata quaedam oblectatio

ex

ex secundis nata famæ rumoribus. Pascere dicuntur odores, qui vitam inspirant & cogunt disjectas animi velut deliquium patientis vires, ut corpori accedat robur, nec virtus etiam desit, quæ subtiliores animi facultates confirmet, O quantum virtutis inest famæ ! Per omnes â capite partes se diffundit, explicat vires & jucundâ sui consideratione nutrit ac corroborat, ut suo, à quo defecerat ante, restitatur vigori. Simul ut dulces nos adspirant odores, fœtoris dispellitur tædium, redit ad se homo, cor relevatur angoribus, & qui putoris est plenissimus, terga nobis obvertit malus Genius. Ubi se jucundus famæ spargit odor, in ventos abit, quæ tæderrimum nobis inhalaverat virus, oris fœditas, quâ expulsâ, sibi restituitur homo mœrore prostratus, in fugam acto convitiatore Spiritu. Si qua vero fragrantia vis se exferit, illa certe antecellit reliquas, quando non temerè creditur, ipsam DEI sanctissimam mentem afficere. Sed hac in parte longè efficacius movere ac delectare credo famam nostram secundam suffimentis; quum quæ de fide, charitate, spe & sanctitate ad cœlum feratur fama, ad nostri amorem invitet & accendat DEum, ut omnis *Hiobus* pietatis nomine conspicuus, DEO sit curæ cordique. Neq; tamen simplices odoramentorum naturæ species (thuris scilicet, balsami, aromatum, nardi, florumq;) in cuuditate perfundunt; verum etiam Pharmacopœi & Myropolæ aliiqve, qui naturam aut æquare aut superare student artibus, componunt ungenta, balsama aliaqve, in quibus tanta spirat odoris vis ac fragrantia, ut, quid illis sit dulcius, quid efficacius, vix possit observari. Atq; cum his præcipuè confert nominis *Josie* optimi dignitatem, quum omnium compositorum odorem, quanta cunqve refocillent ac pascant sensus suavitate, longè superet & excedat. Quid quæso sunt *Sacrarum Literarum* monumenta nisi myrothecia, ex quibus *Sanctorum* laudes odorum suavitate effiantur velut ex floribus? Quid *Oratorum* politissimi Panegyrici, quid *Historicorum* Chronica exquisito labore contexta, quid *Poëtarum* Odæ ac Carmina limatissima, quid *Doëtorum* Epistolæ & Inscriptiones acutissima & id genus alia? Nonne sunt myrothecia quædam opo balsamum nobilissimorum præconiorum spirantia? Quid cippi, epitaphia, obelisci, arcus & portæ triumphales atqve Augustæ? Nonne sunt myrothecia nominum Clarissimorum odoramina rebus admiscencia? Pluribus expediendis nolo vacare, ut cuius indagandi relinquatur judicium. Haud malè *Seneca*: Non sine ratione, inquit, sacra est habita magnarum virtutum memoria, & semper bonos esse plures juvit, si gratia bonorum non cum ipsis cecidit. Hoc enim debemus virtutibus, ut non præsentibus solum illas, sed etiam ablatas è conspectu colamus. Quandoquidem id egerunt illæ, ut non in unam ætatem prodesse sent, sed beneficia sua, etiam post ipsas relinquerent, ne & nos unâ tantum ætate simus grati. Annon igitur suffimentis *Josie* memoria sit majoris efficaciam, quum & gratissima nominis dulcedine omnium aures demulceat, & in admirationem rapiat posteros? Neque verò mellis gratia, quæ imbui & excellere dicitur *Josie* nomen, subtilitate caret ingenii. Nominis enim & mellis eadem jucunditas, idem fructus; quum utrumqve emolliat, abstergat, confirmet, divulsa jungat, & creet fastidium; quæ ex re *χολικῶ μέλι προςΦέρειν* in vitio ponitur. Nam moderatus famæ usus præ cæteris eminet: nimius inflat plausus, & simulationis multum præ se ferre ducitur. Si fides habenda *Medicis*, senum ætati mel est aptissimum, ut haud præter rem acutè, qui rogatus, quonam vitæ remedio ad tantam tamqve robustam pervenisset senectutem, responderit: *Melle intra corpus, & extra oleo utendo*. Si tamen nihil esset commodi, quod in melle daretur, suâ se laudè commendaret dulcedo, quæ omnes capit homines, ut ullius rei vix detur alia, quæ huic præripiat palmam. Hac certè parte dulcis optimi nominis memoria tanta voluptate trahit Deum, ut vix sit, quæ paria faciat. Insignis Theologus *Cramerus*

rus

rus in Exeg. ad h. l. ait: Solch Räuchwerk erfreuet mit seinen Geruch den Him-
 mel/ und ist das rechte Ambrosia und Nectar, oder Himmel-Brod und Engel-Trank
 und himmlischer Freuden-Gesang/ dadurch wir den ewigen Tod entgehen mögen. Si
 hoc non est sustimentorum & mellis prestare dulcedinem, non video, quid pos-
 sit anteferri. Verum operæ pretium facturi, Musici in vino concentus studi-
 um a nnectimus. Jucunditatis facile principem esse Musicam, quis diffiterur?
 „Cassiodoro teste, Tristitiam noxiam jucundat: tumidos furores attenuat: cruen-
 „tam lævitiam efficit blandam: excitat ignaviam soporantemq; langvorem: vi-
 „gilantibus reddit saluberrimam quistem: vitiatam turpi amore ad honestum
 „studium revocat castitatem: sanat mentis tædium bonis semper adversum
 „cogitationibus: pernicioſa odia convertit ad auxiliatricem gratiam: &, quod
 „beatum est genus curationis, per dulcissimas voluptates expellit animi passiones.
 „Incorpoream animam corporaliter mulcet, & solo auditu, ad quod vult, deducit:
 „quam tenere non prævalet, verbo tacito manibus clamat, sine ore loquitur, &
 „per insensibilem obsequium prævalet sensuum exercere dominatum. En ef-
 ficaciam Musices jucundissimam & jucunditatem efficacissimam! Singularia ta-
 men voluptatis Musicæ sunt studia, quum optima pacis sit *ministra*, optima bel-
 li comes, optima Reip. socia, optima puerorum nutrix, optima sacrorum exci-
 tatrix. Siquid tamen, quod huc pertinere videtur maximè, moneam, illud
 certe est, quando *convictrix in epulis* existimatur optima. Nam neque vinum
 neque epulæ sunt ad palatum, si surdis auribus est convivandum. Ubi verò ad
 epulas magnifice splendideq; apparatus nervorum vocumq; accedit modula-
 tio, tanta obrepit animis oblectatio, ut extra se se positos arbitrentur. At ve-
 rò quantum voluptatis illud est, si ad existimationis compares dulcedinem?
 ὡς ἀγαθὸν ἐστὶ ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν! Sua cuius optimo in summo pretio fama.
 Tantum verò abest, ut unius *Josæ* memoria sustimentis fragrantior, melle dul-
 cior, & harmonico concentu sit suavior: ut omnis potius rectè & pulchrè faci-
 entium fama ipsa dulcedine sit dulcior. Nolo hominum nominumq; pertexere
 claritatem; quoniam verò, *qui recte institutioni student, omnes virtutes statim*
à puero condiscere & exercere oportet, laudi ducetur *bonæ notæ, eximia spei &*
politissimi ingenii Juveni CHRISTIANO GODOFREDO OTTONI, Hof-
 mersdorff. Misnico, OTTONUM CLARORUM succinctâ brevitate persequen-
 di cepisse animum. Etenim & Nominis splendori & Generis dignitati quod
 debuit, sic persolvit. VIRO Reverendæ Dignitatis, Eximie Pietatis & Præ-
 claræ Eruditionis Domino GODOFREDO OTTONE, Archi-Diacono Chemni-
 tij ad S. Jacobi Vigilantissimo natus, quos magis in deliciis habere debuit quam
 OTTONES? A puero sedulo navavit operam, ne sui ab OTTONUM pieta-
 te abhorrent mores, quo nomine literas amavit impensè & suum iis excoluit
 ingenium studiosè. Jam verò animus adspirat ad altiora studia Academica. Hu-
 ic igitur abiturienti plaudere jubet amoris integritas. Partes nos dedimus ex-
 quendas Solertissimi Ingenij CAROLO WILHELMO WEISIO, Lubb. Lu-
 sato, qui exposito Ottonum Nomine Dulcissimo, Memorandum Paternitatis O-
 men interpretabitur, faustè ominabitur. Quoniam autem egregiis ortus majo-
 ribus, qualiscunq; est, sub umbra suorum latet, vos Venerabiles Scholarchæ,
 Patroni Fautoresq; etiam atq; etiam oro ac obtestor, ut prompto ac prolixo
 favoris affectu valedicturo velitis adesse, quo & in Dnum Parentem
 redundet affectus, & Filio spes affulgeat favoris & in
 studio currentibus addatur calcar. V. F. P.!



107

100



meros implevisse
 nominis excellenti
 stam testimonio ce
 γω μρε ψ8, εν παντι
 ex Clarorum fastis
 Rege Ammone fat
 hoc orbe discessu,
 re laudibus; præ
 mæ decus sibi pepe
 tibus. Quid enim
 caces ac maleficos,
 sed es & officinas p
 doctrinæ errores a
 onis studio? Quid
 sed integro & infuc
 per pro felicitate pu
 vero his studiis fan
 consecutus est *Josia*
 gnus ille *Macedo*, cu
 fortunate adolescer
 & ego *Josia* plauda
 tum suarum *Siracia*
 gloria laudibus eve
 tum industria & sol
 præconium. Prin
 menti nobilis aut o
 præ se ferre dicit noi
 doribus afflantur gr
 nimamq; recipere c



nomina illustri per orbem
 ssequi, ut non terras solum,
 atione adimpleant, tam in
 as ire audeat, Solis videatur
 Non ibo per historias, quum
 tii sit opus, omnes exhauri
 inq; docti aperuere, deliba
 ero digitorum, omnes me nu
 m ordine & clarorum copia
 αναρετη rem per se manife
 συμιαμα, εσνευασμενον εε
 σικα εν συμποσιω οινω. Quem
 ponit, *Josias* est, *Juda* Rex,
 parem sibi, a *Davidis* ex
 percensendis ejus invigila
 moneam, tam eximium fa
 ad clavum imperij seden
 d frugem reducere pervi
 vid excellentius quam DEI
 m, superstitionis & impia
 ere semina, sincerae religi
 to, non mutilo & manco,
 gnus quam excubare sem
 alos æque pertinent? Dum
 nis etiam immortalitatem
 si monumentum? Si Ma
 nulum, dixisse fertur: O
 rum inveneris! Quidni
 vi amplissimarum virtu
 cet & alios ex meritorum
 tamen *Josia* ornando tan
 è insignibus distingvatur
 lo optimi piissimiq; suffi
 imam exhalantis speciem
 posset exprimi? Qui o
 pane exanimati vitam a
 sa famæ ab illis est ratio,
 quum sic se insinuet in animos pectorisq; recessus abditissimos, ut Sapientissimus
 Regum *Salomo* extra omnem controversiæ aleam verè affirmarit, voluptate qua
 dam tacitâ influere in ossa, in quorum medullis existat grata quædam oblectatio
 ex

